

Ungedruckte Dokumente
zur Beleuchtung der Thätigkeit Bobadilla's
in Deutschland.

Von

P. Tacchi-Venturi S. J.

Jene unerschöpfliche Quelle von Dokumenten, die unter dem Namen „Carte Farnesiane“ im Staatsarchive zu Neapel aufbewahrt ist, wurde bisher nicht so ausgebeutet, dass weitere Forschungen unberechtigt und unnütz wären. Ueber die Thätigkeit des Jesuiten Bobadilla ist manches in unseren Zeiten daraus geschöpft worden, aber wie bedeutend es auch war, so bleibt immer dem Forscher noch etwas zu finden. Einen Beweis dafür liefern uns die zwei neu entdeckten Briefe des merkwürdigen Mannes, auf welche der Unterzeichnete vor einigen Monaten stiess. Der erste von diesen ist aus Worms datiert und scheint unbestritten der bedeutendste. Am 25. Mai 1545 hatte Bobadilla an den Papst und vielleicht auch an den Kardinal Farnese einen Brief über den schlimmen Zustand Deutschlands geschickt. Er machte Paulus III. einige Vorschläge; unter anderem bat er auch um gewisse Vollmachten, wie z. B. um die Erlaubnis, verbotene Bücher zu lesen, Konvertiten zu absolvieren u. s. w.¹ Dieses Schreiben wurde vom Kardinal am 16. Juni beantwortet und Bobadilla gab ihm gleich Antwort in dem Briefe, der hier zum ersten Male veröffentlicht wird. Dem Inhalte nach ist der Brief wichtig wegen seiner Erörterung der Art und Weise, auf welche es, wie er meinte, möglich wäre, die Protestanten zur Annahme des allgemeinen Konzils zu bewegen. Auch der

¹ Vergl. D u h r, *Der Jesuit N. Bobadilla in Deutschland*, in der Römischen Quartalschrift 11, (1897) 570.

Bericht über die notwendigen Ausgaben für seinen ärmlichen Unterhalt ist nicht ohne Bedeutung. Wir können aus demselben ersehen, mit welcher Klugheit dieser Mann handelte, um seine Freiheit in den Verhandlungen über die Religion nicht zu beeinträchtigen.

Was den zweiten Brief an den Papst betrifft, so trägt er das-selbe Datum wie derjenige an Kardinal Farnese, den P. Duhr ver-öffentlicht hat.¹ In diesem letzten Briefe schrieb Bobadilla am 25. August 1547 von Augsburg aus an den Kardinal, dass er dem Papste einige „Articuli“ über die besten Mittel der Reformation schicke. Der Farnesianische Fascikel 415 hat uns das Schreiben, das Bobadilla an demselben Tage an den Papst richtete, glücklich auf-be wahrt. Aber leider bleiben die in dem Briefe an den Kardinal wie auch in demjenigen an den Papst erwähnten Artikel bis jetzt noch unbekannt.

Diesen zwei Briefen können wir noch ein anderes sehr wichtiges Aktenstück beifügen, nämlich die Instruktion über die religiösen Angelegenheiten der Stadt Köln, welche das Kölner Kapitel und die Universität im Jahre 1546 unserem Bobadilla einhändigten. P. Duhr hat das Dokument schon angedeutet.² Es schien auf den ersten Blick ein Fragment zu sein; doch ergab eine nähere Prüfung, dass nur das zweite und dritte der vier Blätter miteinander vertauscht worden sind.

Nr. 1.

Bobadilla an den Kardinal A. Farnese. Worms 27. Juni 1545.

III^{me} ac Rev^{me} Domine observ^{me}

Gratia et pax Christi domini sit semper nobiscum Amen. Reccebi la letra de V. S. R^{ma} del 16 del presente y me ha dado buena esperanza de las facultades que con instantia cada dia se demandan y esperan; la suplico se manden presto y con efecto etc. Me marabillo cómo non ha reccebido la letra que mandé con mons. Próspero Sancta Cruz en la

¹ Ibid. S. 589.

² Ibid. S. 572 Anm. 3,

qual hacia mentión cómo la magestad del Rey me dió parte de 4 cosas que V. S. R^{ma} le propuso, entre las quales era la del concilio diciendo que ó no se habriese ó que procediese de verdad; y por que no dudo sino que habria ya recibido aquella letra con tres libros que mandé el uno de *vera et manifesta Christi ecclesia* y dos epylogos sobre la epistola ad Romanos y ad Galathas, por agora no diremos, sino suplicarla que se pagen allá los 35 escudos ha un doctor como le escribo para que lo solicite, y que para lo por venir se me provea lo neccessario, que cierto me atreno ansi ademandarlo; porque si tomase del Rey ó destos, no tendria la libertad que tengo para decir la verdad y servir bien el ministerio mio. Esto V. S. R^{ma} con su prudentia lo podrá bien considerar y la del tiempo lo requiere que otramiente lo tendria por verguenza agora no, que queria más dexpojar todas las yglesias de Hespana ó Italia que non tomar en estas partes cosa ninguna etc.

Quanto á la concordia que V. S. R^{ma} despera no está fuera de mi sententia, *tamen nihil intentatum reliquendum est* y d este negotio hemos tractado la magestad del Rey y yo la semana pasada; verbi gratia si se allaria algun modo de reducir los protestantes á que quieran acceptar el Concilio universal, por que si no se hace con comun consenso de Catholicos y protestantes trabajo habra en la Republica Christiana por muchas raçones por las quales conturbarian la Christiandad etiam clamando el Thurco en su ajuda contra nosotros y se fortificarian más y los de Alemania serian en peligro y tanto que seria forcado dejar el progreso del concilio etc. El medio para la concordia que allabamos era que la Caesarea magestad propone á los protestantes qué forma quieren de Concilio y que les quiere ayudar en todo lo justo.

1. Ó demandan concilio universal al modo antiguo donde los laicos tenian voto consultivo y los eclesiásticos difinitivo. Este no lo quieren diciendo que los eclesiásticas son los reos.
2. Si quieren que en el concilio universal se tomen laicos doctos y pios que difinan juntamente con los eclesiásticos, solo que en la pública sesión pronuncien lo difinido por ambas partes solos los eclesiásticos por que se guarde en parte la disciplina antigua etc.
3. Si demandan que los laicos solos hombres doctos y pios mandados de los principes, prelados y senados sean difinidores, y lo que ellos difinieren se pronuncie por los eclesiásticos cum modo supradicto.
4. Si quieren concilio ita libero que confusamente vengan doctos y jnductos, laicos y eclesiásticos que seria una confusión.

Destos quattro medios el primero no lo quieren, el 3 y 4 no lo demandaran por su verguenza. Resta el segundo el qual donde pareciese á su Sanctidad y al emperador paresce que no habria peligro y que seria un medio honesto para ellos que no le podrian refutar con raçon, si con este medio se pudiesen traher de tentar se habria condescendiendo á lo

enfermedad dellos y á la malicia del tiempo, que cierto grán cosa es quando el emfermo se quiere curar. Las raçones destos quatro medios no escrivo por no ser mas prolixo; si V. S. R^{ma} mandará que se le escriva largo lo haré etc. Todo esto se consulta dejándolo al consejo de la Sanctidad de N. S., mas el zelo Christiano hace vuscar medios que pienso yo que si del modo y forma se conueniese que del lugar no habría tanta dificultad. El mal es que ellos no quieren concilio universal por ningun modo, sabiendo que los de Italia, Hespaña y Francia serian siempre más, sino demandan que les den el concilio national para fundar sus heresías y no obedecer ni papa ni emperador; esta es su conclusion; mas nosotros haríamos nuestro debito y despues Christo lo remediaría por otro modo etc.

Quanto á lo del Herbipolense yo ho facto lo officio e su S^a respondió que no sabe como pagar la cortesia que V. S. R^{ma} lo muestra y que le tendrá siempre por buen hijo obediente; cierto que es buen hombre soy decir que nunquam será lutherano. Christo lo conserve siempre en su gratia la qual dé cumplidamente á V. S. R^{ma} Christo nuestro S. Amen.

De Wormatia 27 Junii 1545.

Dⁿis V. Ill^{mae} et Rev^{mae}

B o b a d i l l a .

[Aussenadresse] Ill^{mo} ac Rev^{mo} Domino / Cardinali Farnesio / Domino
meo obser^{mo} etc.

R o m a e .

Autogr. Neapel, Staatsarch. Carte Farnesiane, 415.

Nr. 2.

Bobadilla an Paul III. Augsburg 25. August 1547.

Sanctissime pater Domine Domine beatissime.

Gratia et pax Christi domini sit semper nobiscum Amen. Quantum ego laboraverim hactenus ad componendam Religionem in Germania apud omnes principes, testis est optimus V. S. Nuncius Verallus et tota curia Caesaris et Regis ac omnes prelati Germanie nec defficiam in hac dieta Augustana quae videtur et est conclusio preteritarum ubi si qui possint volunt ex animo, haud dubie componetur Religio; quibus medijs hoc prestandum sit, ex his Articulis ex parte claret. Si Caesar agat cum Germanis et serio et amice, ut religio et alia negotia germanica amicabili concordia

componantur. Faxit Christus optimus maximus ut det semper christianam mentem Caesari ut simul cum V. Sanctitate videant ecclesiam catholicam Christi restitutam reformatamque quod Christus concedere dignetur ad gloriam suam et pacem ac tranquillitatem orbis Christiani Amen.

Ex Augusta 25 Augusti 1547.

Sanctitatis V. beatissimae.

B o b a d i l l a .

[Aussenadresse] Sanctissimo Domino Paulo III / pontifici maximo
Domino / beatissimo etc.

R o m a e .

Autogr. Neapel, Staatsarch. ibid.

Nr. 3.

Agenda per Eximum magistrum nostrum D. a Bobadilla Theologum.

Clerus et Universitas accepto Imperiali Decreto declarorio, cum insertione mandati poenalis in causa Religionis valde gauisi sunt. Sperantes illud esse tale, quo viso R^mus Archiepiscopus Coloniensis resipiscere et ipsi semel ex istis angustiis tribulationibus et terroribus liberari deberent.

Verum haec illorum spes, procurante non dubium Diabolo omnis mali satore, valde concurrit, non solum ob R^m Archiepiscopi inobediens responsum infra memoratum, sed etiam ob quorundam, qui inter nos sunt, pravas et sinistras machinationes, qui suis detorsionibus et depravationibus student corrumpere Diploma Caesaris.

Qui cum Domino a Bobadilla designati sint, non est cur hic nomine designentur. Prothocollum Protestationis hic appositum unum illorum satis indicat, qui quos potest in suam sententiam attrahere nititur.

Quae vero sint argumenta attenuationis Imperialis Decreti, ostendit Instructio Juris, quam Clerus et Universitas tumultario editam coacti sunt cavillationibus istis opponere.¹ Atque utinam eorum sententia, quae ad Caesaris auctoritatem et Ma^tem tuendam tendit, suaue Maiestati et Caesareo Senatui per omnia placeat, quo moveatur ad faciendam necessariam provisionem. Quam ut faciant, rebus in tanto discrimine constitutis, modis omnibus curabit D. a Bobadilla.

¹ [Am Rande] Consignata fuit R. D. Rossanen.

Maxime [cum] ex Responsione R^{mi} Archiepiscopi data ad insinuationem Decre^{ti} impe^rialis plus satis proh dolor constet, eum velle jussis Imperatoriis quantum potest obsistere, eaque frivolis exceptionibus et cavillationibus eludere et suum Capitulum destruere, cui nomen abrogat et auctoritatem tam contra Caesarea edicta, quam R^{mi} Nuncii seu legati Apostolici sententiam.

Certe efficaci provisione aduersus virus istud tam nocens et validum magnopere opus est. Fuerit autem provisio optima, si Caesar sententiam definitiuam ferat, eaque lata exequatur. Quod in memorato Decreto se exequuturum minatur. Quid enim prodest sententias et decreta ferri nisi sequatur exequutio? Quod si Caesari nondum placet sententiam ferre diffinitivam, saltem dispiciat ex suo officio Imperiali, ne prava detorsione suum Decretum et mandatum reddatur delusorium.

Quod certo ut fiat diligenter curatur. Archiepiscopus enim u[st sensi]t decretum quoddam esse latum, statim in[dix]it Conventum delectorum Stat. Patrum, qui celebrabitur die Sabbati proxima in Poppelstorff. Hic conventus convocatus est ad consultandum et concludendum super rebus occurrentibus iuxta novissimum Recessum Conventus Bonniensis vere terribilis.

Non inutile quidem fuisse ut Caesar hunc Conventum quoque sua auctoritate dissipasset. Sed conventus iste et similes tam subito indicuntur ut neque nos in tempore admonere Caesarem, neque Caesar tempestive prospicere possit.

Ad haec eo res Nussiae deducta est ut Tribuni plebis in partes Archiepiscopi pertracti a Burgimagistris et Senatu Claves oppidi acceperint detrectarintque ad solennem diem constitutum proxime elapsum nouos Consules et Senatum eligere. Ita quod nunc oppidum illud et Consulibus et Senatu destinatum est. Missus est Secretarius oppidi ad R^{mum} Archiepiscopum fortasse, petiturus ut ille mittat suos qui politiam rursus constituant (quid enim non extorquet metus!). Sed quantum mali ex tali ordinatione huic Diocesi metuendum sit quis non videt?

Et quam minime R^{mus} Archie[piscopus] apud se constitutum ¹ habeat literis Imperatoriis obedire, vel[ex eo] abunde liquet q[uod die] Vene[ris] proxime preterita quae ex ecclesiastica traditione memoriae Dominicæ passionis est consecrata et Jejunio dicata, ille notus omnibus dictus Pastor in Lyskirchen qui aliquot annis censuris ecclesiasticis ab Officiali Coloniensi fulminatis insorduit, Apostata malignus, suam meretricem Bonnae publice duxit uxorem, adhibitis saltationibus et esu carnium, quo omnino constaret quam nihil habentur et summi Pontificis et Caesaris mandata Bonnae. Quid agatur in Westphalia non satis scimus nisi quod Abbas quidam hoc nuper scripsit deplorandam conditionem hominis illius quem R^{mus} vult prefici oppido Arnsbergensi iuxta exemplar signatum C.

¹ Im Ms. Constitutum.

Ne Capitulum videretur insolentius agere adversus suum Episcopum tametsi tam refractarium noluit illi insinuari Caesaris Decretum, nisi adderentur litere supplicatorie sic ubi forte adhuc moveri posset Archiepiscopus humilibus praecibus. Quae littere apposite sunt signate D.¹ Sed ut predictum est adeo non prebuit aurem sanctis et piis postulatis, ut etiam referret grauem iniuriam atque ideo spolium tituli nominis et autoritatis Capitularis. Quid nunc in conventu isto Poppelstorffensi cum suis delectis consultaturus et orsurus sit nescimus et si multe cause sunt ut nihil nisi quae internitionem minentur ominari possimus maxime cum Protestantes nunc agant istic apud Caesarem causam Archiepiscopi omnibus viribus commendatari et nostram depressuri. Deus adiuvet nos et qui Dei potestate in terris fungitur Caesar. Pro prospero successu rerum quae Caesar ad defensionem fidei et Religionis et Reipublicae instaurazione molitur, nos hic supplications instituimus secundum exemplar signatum E: Utin[am Deus] semel exaudiat clamantes ad se et liberet nos iam tribu-[la]tos et vexatos semel ex omnibus tribulationibus nostris ad sui nominis gloriam et honorem et Ecclesiae Catholicae conservationem et tranquilitatem.

Hodie quoque est lecta in Clero Bulla apostolica Jubilei ob promovendum pijs precibus concilium oecumenicum toto Christiano orbi concessum et conclusum ut quoniam Dominus Archiepiscopus omnem obedientiam S. D. N. Papae renunciavit, bulla officiali eius presentetur, quo ille eam transumat et publicet si quo minus dispiciturum Capitulum, ut tam pijs jussis pontificijs pareatur. Haec pia vota Cleri sunt tam per [C]aesarem quam R^{mum} Nuncium apostolicum iuvanda. Iuvabunt autem si obstruantur necessarijs provisionibus ora loquentium [contr]a per expeditionem cause nostre salutarem.

Non est quod ita metuant nobis istic, putant enim si provideant se nocituros, quod non est ita. Presidio destitutos facile est prosternere; sed habentes arma tutantur se quamdiu possunt. Nec sumus hic omnes tam vecordes, ut sine ullo consilio et plane temere concessis armis utamur. Habitum enim armis, queruntur consilia et sternuntur vie ut illis quam comodissime citra ullum metum et ullum maius dispendium utamur. Propterea non oportet nobis istic ob persuasionem (nescimus cuius nostre stupiditatis) nobis denegari necessarias provisiones, sine quibus necesse est perire hanc urbem, cui capiunde et in sectam redigende tot hostes tam manifesti quam clancularii noctes et dies invigilant. Nobis metitur et seritur, nos soli in periculo sumus et mirum est quod qui extra omne periculum sunt, nobis magis metuant quam sibi. Nos pro illis militamus et cervices opponimus. Illi vero presidium nobis denegant, volentes (ut appareat) exitium nostr[um] aliqu[anti]sper differre quod tamen hac dilatione et pror[ogat]ione adeo non mitiga[nt], ut etiam asperius et durius efficiant; [si]

¹ [Am Rande] Exemplar habuit R. D. Rossanensis, est Germanicum. Eigenhändige Bemerkung Bobadilla's.

succumbet hic Religio, succumb[at] nobis saltem in aciae (sic) stantibus, non desertoribus, quales tamen quam plures fecerit denegata necessaria provisio.

Quae in tempore concessa et si irritet malos, mirabiliter tamen consolatur bonos, et tuetur multos pios alioqui in graue trahendos discrimen. Non enim in totum Coloniae exoleuit tam Pontifica quam Caecarea authoritas modo utraque potestas et (dum tempus est et res postulat) grauiter et ut se decet uterentur Iste pusillanimitates roborant nostros aduersarios et nos misere deprimunt.

Hinc est quod Decanus Ecclesiae Maioris tempore insinuationis dixisse dicitur, se bene sciuisse ma[nda]tum aliquod dandum nobis, sed nunquam sententiam proferendam. Propterea sibi valde placere hoc mandatum et optatius esse sibi quam 2000 auri, fortasse quod putant Archiepiscopum eo facturum Protestantes in nos insaniores atrociores et truculentiores et quod sperant se per suas calumnias nos pertrahere in inuidiam maiorem. Audent enim dicere se velle omnia narrata in literis Caesaris mendacij arguere, cum tamen sint notoria et luce meridiana clariora. Dicitur quoque dixisse Archiepiscopum ne tantilli quidem facere litteras istas Caesaris, Caesarem non tam esse iratum Archiepiscopo ut nobis persuadeatur, futuram aliam rerum faciem.

Talia quoque Burgimagistris huius Civitatis persuadentur, quorum unus eo quoque venit, ut Caesareo Diplomati omnem propemodum detrahatur autoritatem, literas esse dicens et nihil amplius, immo illusionem quandam.

His in tempore occurrere oportet. Non occurretur autem melius quam si mittatur ex Urbe Roma Pontifica et ex Caesaris Aula Imperiali diffinitiva sententia. si [qu]ominus talis prouisio qu[ae manife]stum faciat Caesarem quod decreuit, seria mente decreuisse et exequi quoque velle.

Caesar mandauit iamduum Senatui ut assisteret Inquisitioni hereticae prauitatis. Et nunc R^mus Nuncius Apostolicus in defectum Ordinarii adjuctos Inquisidores dedit. Sed de assistentia adhuc dubitatio est.¹ Valde valde referret quod Caesar rursus serio iuberet Senatui debitum offitium Religioni impendere et Deputatis commissarijs pro Religione suum offitium impartiri. Et forte expedierit aliquam seriam commissionem. Det Domino Arnold[o] Siegen Consuli, ut haec ad Senatum serio orete[nus] perferat et hanc esse Caesaris o[ptima]m mentem et voluntatem expon[at]. Non oportet hic metuere aliquid tempore oportuno agendum esse. Nam Commissarij valde trepidant. Hoc solum queritur si possent schismatici ad auditum istorum mandatorum Pontificis et Caesaris terreri, ut suapte sponte Colonia excederent ne foret necessarium aduersus eos inquirere.

¹ [Am Rande] R^mus intellecta deputatione apostolica ut eam in irritum deducat et impeditat, deputavit suo nomine Decanum suspectum S. Severini non ut officio fungatur sed ut apostolicis commissarijs obsistat.

R^{mus} D. Nuncius nuper confirmanit Statutum ecclesie sancti Gereonis de non admittendis hereticis et schismaticis. Simile Statutum et paulo locupletius conditum est per Uniuersitatem superioribus diebus missum ad R^{mum} legatum signatum F. Fecerit profecto R^{mus} Legatus rem suo officio dignissimam, si idem Statutum in parte dispositiva saltem apostolica auctoritate confirmet et eo diplomate universitatem egenam et pauperem donet. Et simul unacum commissarijs nostris impetrat literas Caesaris (quas vocant placati) apertas ad universitatem, ut idem Statutum acriter exequantur. Heri in congregacione universitatis ad Minor[e]s conclusum est, hanc ob rem apud utramque potestatem preces esse porrigen[das].

Hodie quoque consultatum de instauratione studiorum et datum mandatum quibusdam qui cogitent quo pacto prebende que Professoribus destinate sunt in suum usum restitui possint iuxta Bullas apostolicas Bonifatij noni, Eugenii 4 et Nicolai quinti.¹ Si convenerit de ordinatione, oratur ut D. Bobadilla et Pontificiam et Caesaream confirmationem tam pij instituti (ubi ab eo id petitum fuerit) obtinere non detrectet, propter opus tam plium in hac civitate tam necessarium, quam tandem impossibile erit a Lupis hiantibus tueri, nisi alantur canes latrantes et abigentes bestias illas ovili Domini tam se[d]culo insidiantes.

Utinam comoda et bona ratione possit pe[r Cae]sarem, et si videbitur etiam per nuncium apostolicum admoneri Illustrissimus Dux Cleuen-sis, non solum ut constans in Religione avita permaneat, seque ab ea nullis malorum persuasionibus divelli sinat, sed et ut de oppidis Wesalia et Suation dum fieri adhuc forsan potest in Ecclesie et suam obedientiam reducendis serio cogitet. Nam valde timendum est, nisi hoc quam maturime fiat fore ex hijs opidis utpote non parum munitis et de heresi in heresim subinde labentibus toti Germaniae aliquod irrestinguibile incendium quandoque oriturum, quod prohiberi posset si in tempore provideatur, alioqui ubi semel eruperit difficilime cohibendum. Quid nos torqueat D. Bobadilla a nobis intellexit et novit.

Oratur D. a Bobadilla ut dignetur impetrare a R^{mo} Domino Nuncio propter Deum provisionem seu collationem Ecclesiae Parrochialis in Lyskirchen civitatis Coloniensis vacantis per incestas nuptias celebratas Bonnae die Veneris praeterite ut prefertur pro viro docto et zeloso, qui se dure opp[onat haere]ticis Domino Conrado, Tyman Mindensi etc.

Orig. Neapel, Staatsarchiv, Carte Farnesiane 718 sub B.

¹ Siehe dazu E h s e s, *Kölner Nuntiatur* Bd. 2 unter Köln, Universität.